FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De lege aquilia. Rubrica.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

a ¶ Qui per hoc dicit. Adde hic quæ dicuntur p Bar. & doc. in l. ſi ita. ff. de aur. & ar. leg. per Ang. in l. Titia. ff. de manu. teſ. & tex. & ibi no. p Bart. in l. ſi cognatis. ff. de re. dub. Franc. Cur.

b ¶ An ſtabit. Adde de hac. q. & dic vt per Alex. de imo. in rub. ff. de no. ope. nun. co. vi. verſ. ſed dubium. Cur.

quæ no. in l. corruptionem. ſ. ti. j. quia in eis nõ cadit perfecta traditio: & iſtud multum bene facit cõtra Pet. qui dixit cõtrariũ ꝙ ille qui tenetur ad ſeruitutem, tenet ad cõſtituẽdum tantum: & ſic eo ipſo ꝙ conſtituit eſt liberatus ab obligatione, qua tenebatur conſtituere. glo. tenet contrariũ in illa l. cor-
2 ruptionem quã declara vt ibi dixi. † In fin. huius l. no. quod vicinus tuus põt in ſuo facere opus ex quo auferat tibi cõmoditas, quæ ad te perueniebat de ſuo: dũmodo nihil faciat in tuo, & ideo licitũ eſt ſibi in ſuo fodere, & auertere venam aquę q̃ decurrebat in tuo, ſi hoc facit vt ſibi ꝓficiat nõ vt tibi noceat. vt in l. j. §. deniq. de aqua plu. arcen. & in l. fluminũ. §. ſi. cum ibi no. in glo. etiã in ll. ſequentibus. ff. de dam. infec. & ibi plenè vide de iſta materia.

1 ☞ *Per agrum alienum qui ſeruientem non debet: ire uel agere uicino nõ licet domino prohibente, & quid eo non prohibente?*

2 *In domum non licet ingredi, etiam domino ignorante, per loca ubi poſſint uideri ſecreta domus: & qui facit contrà, tenetur actione iniuriarum.*

LEX XI.

1 PEr agrum. † Primum dictum iſtius l. intellige dño prohibente, ſed pro eo non prohibente ſiue ſciat, ſiue ignoret, bene licet. vt in d. leg. diuus. ff. de ſerui. ru. præ. dummodo ſine dãno vicini hoc fiat qa cũ ſit nullus ꝑiudicij, cõpetit cuilibet iure cuiuſdã facultatis ſi tñ iret per xxx. dies, videretur ire iure ſeruitutis, & extũc conſtitueretur in quaſi poſſeſsione ſeruitutis eundi, vt habeat interdictum de itine. actuq; priuato. ſed aliũ actũ prȩiudicialem non licet facere in alieno, nõ ſolum domino prohibente, ſed nec ipſo ignorante & ideo ſi facit eo ſciẽte, & nõ prohibente, ſtatim
2 acquirit quaſi poſſeſsio illius ſeruitutis. vt dixi ſ. eo. l. j. † In domum verò alienam non licet ingredi etiam domino ignorante, per loca vbi poſſunt videri ſecreta domus. & qui facit contrà tenetur actione iniuriarum. ff. de iniur. l. is qui in domum circa fi. & vide hic l. ij. ff. de acqui. re. do.

☞ *Si quis legauerit religioſis alicuius loci tantam quãtitatem quolibet anno, tantum pro quolibet & augeatur numerus an debeat augeri præſtatio?*

LEX XII.

1 NOn modus. † Licet prædia quibus debetur ſeruitus aquę fuerint aucta, non tamen augetur modus aquæ ducendæ à principio limitatus & eſt bona. l. h. d. Et pone caſum ꝙ vicinus tuus conceſsit tibi ſeruitutem aquæ ducendæ de fonte agri ſui quæ ſeruitus intelligitur vſq; ad indigentiam fundi tui. vt in l. ergo. §. j. ff. de ſerui. ruſti. prædi. poſteà emiſti quædam alia prædia vicina, & adiunxiſti cum fundo tuo vnde nunc indiges maiori aqua quæ prius certè hoc non inſpicitur ſed non poteris ducere niſi quãtum prius ducebas quia vſq; ad illum modum & quantitatem videtur tibi facta conceſsio. Contra iſtam l. opp. de l. ſeruitus. ff. de ſer. vrba. prȩd. vbi qui cõſtituit ſeruitutem altius non tollendi ne officiat luminibus domus vicinæ, non ſolum cenſetur conceſsiſſe pro luminibus quæ erant tempore conceſsionis: ſed etiam pro futuris & ſic ſi poſtea fecit feneſtras quæ prius nõ erant, nõ poteſt altius eleuare: vt illis officiat, licet fortè per hoc non officiat primis. Sol. ibi poterat à principio imaginari & prouideri ꝙ lumina vel feneſtra poſſent ibi fieri vnde ſimpliciter concedendo videtur conceſsiſſe pro futuris & præſentibus: hic non ſic quia non potuit ſibi prouidere ꝙ vicinus deberet emere prædia vicinorum vnde non cenſetur concedens de illis ſenſiſ-
2 ſe † ſecundũ Pet. Qui per hoc dicit ꝙ ſi quis legauerit religioſis
a cuiuſdã loci tantam quãtitatem quolibet anno, tãtum pro quolibet, ſi augeatur numerus, non propterea debeat augeri præſtatio: quia hoc non potuit præuideri. Adde quod not. per Dyn. & Bar. in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de leg j. & adde l. ſi cum meus proprius. ff. ſi ſerui. vendi.

1 ☞ *Seruitutes urbanæ an perduntur per non uſum?*

LEX XIII.

1 SIcut vſumfru. † Seruitutes reales non vtendo perdunt̃ ſpatio longi temporis ſ. annorũ x. inter præſentes & xx. inter abſentes ſicut ſeruitus vſusfructus, vel vſus. h. d. olim ꝑdebant̃ biẽnio. ſicut vſuſ-
2 fru. qđ corrigit̃ ꝑ l. corruptionẽ. ſ. ti. j. † In tex. ibi. [nõ vtendo.] ꝑ hoc apparet ꝙ loquitur in ſeruitute ruſti. nam illæ ſunt quę non vtendo perduntur, etiam ſi dominus prædij ſeruientis ſciat ſeruitutem deberi: vt in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca. ſed ſeruitutes vrbanæ per non vſum non perduntur. ſed demum ſi dominus prædij ſeruientis præſcripſerit libertatem: in qua præſcriptione requiritur factum ſuum. puta ꝙ aliquid fecerit contra debitã ſeruitutem, aduerſario ſciente & patiente. & ſic requiritur bona fides. quæ regulariter requiritur in prȩſcribente longo tempore. Aut ergo eſt bonæ fidei. & ſic fuit vſus libertate longo tempore. & præſcripſit. & ſic ſeruitus non tollitur per non vſum: ſed per præſcriptionem libertatis. Aut fuit malefidei, & ſciebat ſeruitutem deberi. & tunc non præſcripſit libertatem longo tempore, ſed requiritur tẽpus longiſsimum xxx. an. de iure ciuili vt in l. ſicut. de præſcriptione. xxx. ann. ſed hodie de iure canonico nec tantum ſufficeret tempus malefidei poſſeſſori libertatis ad eam præſcribendam: vt in c. poſſeſſor. de reg. iur. lib. vj. Sed quæritur præſuppoſito ꝙ loquatur in ſeruitute ruſtica. an habeat locum in habentibus cauſam diſcontinuam? vt eſt ſeruitus eundi. videtur ꝙ nõ. ſed ꝙ requiratur tẽpus duplicatũ: vt j. l. proxima. Guil. de cug. dicit hic contrarium. ꝙ etiam talis ſeruitus tollitur ſpatio longi tẽporis. Nec ob. l. ſequens. quia interdũ ſeruitus habens cauſam diſcontinuam habet interualla annorum, vel menſium: & tũc requiritur tempus duplicatum: vt ibi. Aut dierum, vel horarum: & tunc ſecus: vt in l. ſi ſic. ff. quẽadmodum ſer. ami. per quam declaratur l. ſequens. quod etiam ſentit hic glo.

LEX XIIII.

1 CVm talis. † Seruitus habens cauſam diſcontinuam, perditur tempore duplicato. h. d. & hoc quando habebat interualla annorum, vel menſiũ. ſecus ſi dierum, vel horarũ: vt ſtatim dixi. Et ſic in iſta l. non requiruntur anni. xx. tam inter præſentes, quam inter abſentes: quia x. anni qui ſufficerent inter præſentes ſi ſeruitus habet cauſam continuam, vel etiam diſcontinuam, cum interuallo dierum vel horarum duplicantur nunc quæ habent interualla annorum. & ideo licet loquatur quando habet interuallum quinquennij, eſſet idem ſi triennij vel quadriẽnij: vel etiam vnius anni: puta ꝙ licet in quolibet anno tranſire per fundũ vna die: nam iſta ſeruitus non tolleretur minori ſpatio xx. annorum etiam inter præſentes: nec duplicaretur tẽpus xx. ann. inter abſentes. & ita ſentit glo. in l. ſicut. quemadmodum ſerui. ami.

1 §. Cùm autem. † Si area in qua ſegetes teruntur, non poteſt habere ventum, niſi ex vna parte, ipſo iure vicini ſeruitus cenſetur impoſita ne altius tollat, & ventum impediat. hoc dicit ſecundùm vnam lecturam ſatis notabilem. Et eſt hoc fauore agriculturæ: quo & alia ſtatuuntur l. ij. ff. de nundi. & extrà de treu. & pa. c. j. & per hoc limitatur l. altius. ſ. eo. Sed an valeat pactum in contrarium. videtur ꝙ ſic per tex. & glo. in l. ij. in prin. ff. de ſer. ruſti. prædi.

De lege aquilia. Rubrica.

Super glo. rubricæ ibi [damna venire.] ſcilicet incidẽter, & officio iudicis tam in actione confeſſoria quæ datur pro ſeruitute retinenda: vt ſ. tit. j. l. ſi quid pars. & etiã in rei vẽdi. vt ſ. de rei vi. l. domum. & ff. e. l. non ſolum. Inde ſumpta occaſione ſubijcitur de l. aqui. quæ generaliter proſequitur damnum datum: & per actionem legis aquiliæ petitur eius emendatio principaliter, non incidenter. & datur domino paſſo damnum: vt l. Item Mela. §. legis. ff. eod. ſufficit tamen agenti probare poſſeſsionem rei. cum qua præſumitur dominus: quia dominium deducitur in iudicium incidenter: non principaliter. ſicut in eo qui agit confeſſoria qui debet eſſe dominus prædij dominantis. aliâs ſibi non datur. & tamen ſufficit probare poſſeſsionem rei de qua agit, vt præſupponatur dominus: vt l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſerui. vendi. & ibi not. per Barto. in l. penult. ff. de condictio. indi.
1 Damnum verò deducitur principaliter. † Sed quid ſi ſtatutum dicat quod de damno dato ſeu eius quantitate ſtetur iuramento domini poſſeſsionis: an ſtabitur [b] iuramento poſſeſſoris, ſi
b non probat ſe aliter eſſe dominum? vide in Specu. de proba. §. videndum. ver. ſicut pœnæ ſtatutum. datur etiam pro damno dato non

to.non ſolum dolo:ſed etiam culpa leuiſsima:vt ff.e.l.in l.Aqui lia.dummodo conſiſtat in faciendo:vt l.ſi vſusfructus.§.de præ ſentis.ff.de vſufru.niſi factum præceſſerit:vt l.ſi ſeruus ſeruum. §.ſi fornicarius.ff.eo.& habebat olim tria capita: ſed ſecundū ca put abijt in deſuetudinē:& remanſit primū & tertiū.& in primo emēdatur damnum conſiſtens in vēdendo ſeruum alienum:vel aliud eius animal.in tertio qn̄ alio quocunq; modo:vt in effun dendo vinū,vel oleū alienū:vel cōburendo ſyluam,vel ſegetes, vt l.j.in iſto tit.Et ambo capita loquuntur quando datur damnū de corpore in corpus. Sed aliquando datur de non corpore in corpus,& tunc ceſſat directa actio.l. Aquil.quia deficiunt ver ba eius:ſed per extenſionem factam à viris prudentibus datur vtilis,vel in factum:quod dic vt j.eo.l.de pecoribus.

LEX I.

1 DAmnum. † In hac actione venit damnū datum in ſylua cōburendo,vel excidendo.x.d.& dic.ſ.ex tertio capite : vt.ff.eo. l.ſi ſeruus ſeruum.§.iij.& ſylua non erat cedua: aliàs ſi excidendo damnum dedit, non daretur hæc actio,ſed furti:vt hic in glo.ij. ſecus ſi com burendo:quia ad hoc non erat ſylua deſtinata:ſed ad excidendū ſic.ecce caſum.

LEX II.

1 IIlegis. †Per hanc actionē emendatur damnum præteritū:vel ſi fieri pōt reponit̄ res in pri ſtinum ſtatū & ſic ceſſat damnum.h.d.In text.ibi: [vt id damnū ſartiatur,] & hoc venit iure actionis:& hoc debet in libello peti cōdemnetur ad emēdationem damni: & ad hoc eſt aduerſarius obligatus:ſed ſi diceret ſe velle reponere rē in priſtinum ſtatū,vt non cōdemnetur ad æſtimationem totius domus,deberet audiri:vt ſequitur in fi. & ſic illud eſt potius in ſolutione quā in obligatione:ſicut in actione noxali: vbi emen datio damni eſt in obligatione:& datio pro noxa eſt in ſolutio ne.& ita intelligo iſtum text.& ceſſant ambages. de quibus hic per gl.& Cy.mirantur enim ꝙ actio.l. Aquil.detur vt res in pri ſtinum ſtatum reponatur:imò datur emendatio.damni:ideo gl. intellexit ꝙ ad reponēdum in priſtinū ſtatū nō detur hæc actio: ſed interdictum quod vi aut clam. Alij dicunt ꝙ imò hæc actio niſi lex conueniat titulo. Tu autem dic ꝙ ad hoc non agitur: nec poteſt peti hac actione principaliter:licet reus habeat facul tatem hoc faciendi,& cum hoc veniat ex diſpoſitione.l.videtur durare illa facultas quouſq; cōueniatur iudicati,ſi fuerit condē natus emendationē damni:vt l.itē veniunt.§.cum prædiximus. ſeu in §.Idem rectè.ff.de peti.hær.ſed quādo venit ex forma cō tractus,non durat niſi vſq; ad litem conte.vt ff.de ſol.l.ſi quis ſti pulatus fuerit decem in melle.ſed in cōtrarium facit iſte tex.qđ principaliter poſsit peti,& in hoc debeat fieri cōdemnatio.dum dicit [vt in priorem ſtatum reſtituatur,eiuſdem iudicis cura im petrabis.]reſpon.per id quod in ſimili dicitur.ſ.de pac.l.ſi pacto quo pœnam ver.ex ſtipulatu agens &c.nam verū eſt quod im petrabis per indirectum:quia ſi volet euitare condemnationem damni dati,offerret ſe rem reſtituere in priſtinum ſtatum,& au ditur iudicis officio.non tamen nego ſi etiam facta reſtitutione adhuc agens remaneret in damno,in illo debeat cōdemnari : vt in ſimili habere & no.in l.ſi cum dies.in fi.cum l.ſeq. ff.de arbi tris.Quando etiam mora purgata creditor remanet in damno: quia non admittitur purgatio moræ,niſi aliud ſoluatur.

1 *Qui occidit hominem,quando debeat etiam ipſe occidi?*

2 *Abſolutio facta in cauſa ciuili propter mortem ſerui, an proſit,ne amodo poſsit quis criminaliter accuſari?*

4 *Si reus fuit condemnatus,an illa condemnatio ſeu probatio facta in uno iudicio proſit agenti in alio iudicio,ut non teneatur iterum probare,ſed ſufficiat ſibi producere proceſſum vel acta?*

LEX III.

1 EX morte. † Propter mortem ſerui poteſt do minus agere.non ſolum ciuiliter hac actione ad emendationem damni: ſed etiam crimina liter l.cornelia.de ſiccarijs , poteſt accuſare occiſorem

1 ad pœnam publicam.hoc dicit. † Et eſt pœna mortis : quia qui

2 occidit hominem, a debet etiam ipſe occidi habita diſtinct. quis vel qualis fuerit homo mortuus.aut occidens Nam ſi magnus & potens vir occidat minimum & viliſsi mum hominem , meretur pœnam mortis. hoc vult text.in l.j.poſt principi.ff.ad. l.cor neliam de ſicarijs.facit ſ.de epiſcop.audien. l.tertia. In tex.ibi.[quàm criminalem]vin dictam publicam.& propter offenſam rei publicæ : quæ diuerſa eſt ab offenſa priua ti hominis:vt l.licitatio.§.ꝙ illicitè.ff.de pu blic.& licet quis poſsit remittere ſuam of fenſam non poteſt inde remitere publi.cau ſam:vt l.ſi vnus.§.Item ne experiar.ff.de pact.quod dic : vt in l. trāſigere ſ.de tranſ.In prin.gl.mag.ibi:[aliàs non vt ff.ad l.cor.] bene tamen poteſt accuſari de culpa criminaliter , non ex l.cor nelia.ſed ex titulo de extraordinarijs criminibus ad pœnam pe cuniariam,vel aliam arbitrio iudicis imponendam:vt l.reſpiciē dum.§.delinquunt.ff.de pœnis. & ibi plenè nota. In gloſſ.ibi. [Item hoc intellige non ſimul.] ſupple , & vno finito poterit aliud inchoari. & hoc ſi primum fuit finitum in fauorē agentis: quia reus fuit condemnatus in actione l.aquil. nunc vult actor accuſare criminaliter.Si verò contra eū qui fuit abſolutus,tunc habet locum quod ſequitur in glo.in verbo.[ſed quid ſi fuit cō uentus.]in glo.ibi.[ſed quid ſi fuit.] In iſta quæſtione quam gl.

a ❡Qui occidit homi nem. An liceat occi dere pro defenſione filiorum,vxoris,vel alterius coniunctæ perſonæ.vide per In. in c.olim cauſam.de reſti.ſpo.& cum ſe quitur Ange. l.quo niam. in ij.col.C.ad l.iul.de vi pu.

3 proſequitur vſque ad fin. † & ponit duas quæſtiones. quarum vna fuit Placen. qui tenuit indiſtinctè quod abſolutio facta in cauſa ciuili proſit:ne ammodo poſsit criminaliter accuſari. Alia fuit opi. Accurij , qui indiſtinctè tenuit contrarium per vnam rationem.quæ parum facit ad propoſitum dicit enim quod tan tum valet abſolutio quantum condemnatio cum ſolutione. Sed in iſto caſu condemnatio cum ſolutione non prodeſſet condem nato:quominus poſſet accuſari criminaliter vt dixi in præc.per ticu.gloſſ.per l.vnicam. j.quando ciui.actio. eodem modo non debebat prodeſſe abſolutio.Certè iſta regula procedit ad com modum rei:vt ſicut reus abſolutus ſi iterum conueniatur, habet exceptionem rei iudicatæ.ita & ſi fuit condemnatus , & ſoluit, & iterum conueniatur ad idem habet eandem exceptionem : vt l.ſi quis cum totum.§.planè.de exceptio.rei iudicatæ. Et ſic con demnatio prodeſt condemnato.tamen dicit gloſſa ibi à tali pro deſſe liberet nos deus l.euidenter.eodem titu.ſed quod abſolu tio non poſsit plus prodeſſe quàm condemnatio cum ſolutio ne prodeſt , ſicut abſolutio. ſed abſolutio adhuc poteſt plus: quia præſupponit maleficium non eſſe commiſſum : condem natio præſupponit contra:vt ſi accuſetur iſtud ſecundum iudi cium contrariatur primo in quo fuit abſolutus : ſed non ſi fuit condemnatus.vnde do.maximè Cy.in dicta.l.vnica. quando ci uilis act.in iij.quęſt.vbi multum plenè examinat iſtum paſſum diſtinguit an fuerit abſo.quia tale maleficium non commiſit, & ſic fuit lata ſententia ſuper facto.& non poteſt accuſari: quia re plicaretur in dubium quod in alio iudicio fuit determinatum quod eſſe non debeat. cum illa ſententia debeat haberi pro ve ritate l.res iud. de re iudica. & l.ſi quis. cum totum §.ſi ancil lam.ff.de exceptioni.rei iudicatæ.aut fuit abſolutus : quia actor non probauit:& poterit accuſari: & probari maleficium , quod in alio iudicio non fuit probatum.nec obſt.l. ſub ſpecie j.de re iud.& ff.eo.titu.l.Imperatores. vbi qui ſemel non probauit non admittitur ad agendum iterum:etiam ſi velit probare per inſtru menta de nouo reperta , licet excipiendo qui ſemel non proba uit agere.bene admittatur ad proban. quod alias non probauit: vt in l.Iulianus. ff.de condic.inde. nam illa procedunt quando agetur ad idem:ſed quando ſecundùm iudi.ordinatur ad aliud penitus diuerſum ; vt eſt in caſu noſtro ; quia primùm fuit a ctum ad emendatio.damni. & ad vtilia priuata. nunc agitur ad pœnam public.& ad vindictam publi.nunc ille qui non proba uit in primo,poteſt probare in ſecundo etiam per viam agendi: non ſolùm excipiendi : & iſta procedunt quando ciuilis actio primò intentata proſequitur damnum rei familiaris. Si autem vindictam priuatam , vt eſt actio iniuriarium , in qua ille qui agit non proſequitur damnum familiare, vel buriale ſed ran corem animi ſui: indiſtinctè qualitercunque fuerit abſolutus, etiam ſi ex eo : quia non probauit , non poteſt poſtea agere cri

4 minaliter:vt in l.prætor. §.ſi dicatur. ff.de iniurijs. † Sed nunc extra quæritur. ſi reus fuit condemnatus an illa condemnatio ſeu probatio facta in vno iudicio proſit agenti in alio iudicio ,

a ℭ Confiteri de hoc. Adde & dic vt per Bar. Bald. & Salt. in auſ. contra ꝙ propriã. J. de nõ nu. pec. & per Ludo. ro. in cõſi. ſuo. xxj. Franc. Cur.

b ℭ Vltimò. Adde de iſta qõne & dic vt ꝑ Pet. de Peru. in trac. de duobus fratribus parte v. prin. col. xij. ver. xij. ꝗro. Bald. in conſi. lxxx. in v. vol. & Car. in cõſ. xxvij. Franc. Cur.

c ℭ Verba ſtatuti. An verba ſtatuti debeãt intelligi in proprio ſignificato. vide per Doct. in c. in noſtra. de iniu. Car. zaba. in c. cum dilect⁹. in xiij. q. de conſue.

vt non teneatur iterũ probare: ſed ſufficiat ſibi producere illum proceſſum, vel acta? Breuiter ſi lata fuit condemnatio primò in criminali videtur hic ſufficere in ciui. arg. l. j. §. vbi cauſæ fiſcales. & l. in cognitione. ff. ad ſilleia. vbi ſententia lata in crim. cauſa. habet effectũ cõfiſcandorũ bonorũ in cauſa ciui. Aut ecõuerſo fuit lata in cauſa ciui. & tunc nõ ꝓdeſt vel non proſunt in cauſa cri. in qua requirũtur probationes luce clariores: vt j. de prob. l. fi. & vide Bart. in d. l. prætor. §. j. quę eſt l. iij. ff. vi bono. rap. & per Cy. d. l. vnica. j. qñ ciuilis actio præiu. cri.

2 *An ille q negauit admittatur ſi vult confiteri, & actorem releuando ab onere probandi, ut euitet condemnationem dupli.*

3 *Statutũ quod confitenti maleficium remittatur certa pars pœnæ & reus primo negat, an poſſit poſtea confiteri, ut obtineat beneficium ſtatuti.*

LEX IIII.

1 COntra. †In hac actione cõtra negantem de mendacio conuictum ſit condemnatio ad duplum. h. d. Supple etiam ſine nouo libello, & in eodem iudicio: licet non fuerit hoc petitum: quia venit ex natura actionis. vt no. Bal. in l. j. in princi. pen. col. j. de furt. Eſt ergo actio hæc pœnalis in hoc. Itẽ in alio: quia habet oculos retro cũ fiat cõdemnatio quanti plurimi fiat à xxx. diebus retro etiã non contra negantem: circa quod vide quod plenè no. in l. vnde quę

2 ritur. ver. ſed ſi legis. ff. commo. an autẽ † ille qui ſemel negauit: vt euitet condemnatio dupli, admittatur ſi vult cõfiteri ad actorem releuandum ab onere probandi. vide quod plenè not. Bart.

3 in l. eum qui. ff. de iure. Et † ſi ſtatutum dicat quòd confitenti maleficium remittatur certa pars pœnæ, & reus primò negauit:

a poſteà vult confiteri ª, vt obtineat beneficium ſtatuti tangitur hic per Bal. & vide quod not. Barto. in quæſtio. diſpu. per eum, quæ incipit per Italiam communiter ſunt ſtatuta.

LEX V.

1 DE pecoribus. †Qui dat occaſionem damni, tenetur hac actione vtili. h. d. tex. cum gl. ſi enim incluſiſti pecora mea, ex illa incluſione non recipio damnum: ſed ſi ibi famę moriuntur, recipio damnum occaſione incluſionis, & ex fame ipſorum, & ſic non corpore tuo tamen in corpore animalium meorum ideo non datur directa actio: ſed vtilis cum qua cõcurrit etiam actio in factum.

LEX VI.

1. DE ijs. † In iſta l. quærit Cyn. quid ſi animalia tua per te immiſſa in meum fuerunt depaſta ſegetes exiſtẽtes in herbis, quod damnum venit in hac actione: quia ſegetes non ſunt ordinatæ ad hoc vt depaſcantur eodem modo quo herbæ pratiles inquãtùm condemnaberis? an intantùm quantum valeret frumentùm, quod inde fuiſſet recollectum ſi non fuiſſet depaſtum: an intantùm quantùm valerent herbæ de prato? & dicit conſiderandum eſſe quantum poſſet vendi dubius euentus perceptionis arg. ff. fami. erciſ. l. propter ſpem. Non ſunt alia.

Familiæ erciſcundæ. *Rubrica.*

LEX I.

1 SI non. †Si quid hęreditarium non eſt diuiſum, datur hæc actio, vt illud diuidatur. h. d. & loquiẽ quando alia bona erãt diuiſa extra iudicium, & remanſerat vnum prædium diuidendum: ſed ſi fuiſſet facta diuiſio in iudicio, pro diuiſione prædij quod remanſit indiuiſum: non daretur actio fa. erciſcun. ſed communi diui. ff. eo. l. ſi filia. §. fa. erciſ. & quæ ſit ratio dic vt ibi ſubtiliter no. per glo. & tene vltimam ſolutionem glo. ad illud contrarium.

a *Statutum quod uxore præmortua uir lucretur dotem, & contingat quod uiuente patre uxor unius de filijs mortua eſt ſine liberis, & ſic dos debet cedere lucro mariti, an cedat lucro patris mariti?*

1 *Si uiuente patre filius uult ab eo recedere cum uxore, & uiuere de per ſe, & peti[t] à patre ut conſignet ſibi dotem uxoris, & pater non uult, ſed dicit nolo quod recedatis, & uolo miniſtrare uobis expenſas, quid iuris?*

LEX II.

1 VXor tua. † In hoc iudicio filius deducit dotem vxoris præcipuã, ſi tempore diuiſion[is] durabat matrimoniũ: & pœnes eũdẽ remanet etiã ma[trimo]ſol. nec teneẽ eã cõicare cũ fratribus: ſed eius tñ lucro cedit, ſi eſt pactũ vel ſtatũ de dote lucrãda. h. d. In tex. ibi. [fa. erciſcun.] i. officio iudicis deſeruiẽte huic actiõi. nã actio daẽ ad diuidẽdũ. Iſta verò dos nõ diuidiẽ: ſed ante patrẽ aſſignaẽ illi filio qui eſt vxoratus: ſicut in ſimili. j. eo. l. ſi qua fideic. petitio. & iſta aſſignatio venit ex illa regula, vel æquitate: ꝙ ibi debet eſſe dos vbi ſunt onera matrimonij: viuẽte aũt patre onera erãt apud patrẽ: nũc verò erunt apud illũ filiũ: nec debet audiri frater: ſi dicat ego ſum paratus ſtare in cõione tecum, & ſuſtinere onera matrimonij ꝓ parte mea: ſi fortè nõ expedit fratri vxorato, ſi ille non eſſet cõtrarium poſtulaturus: nec debet cõpelli ſtare ſecũ ſi non vult. nã alia rõ eſt viuẽte patre quã eo mortuo. facit qđ not. in l. Caio. §. Imperator. de adi. leg. ꝓuidebiẽ aũt fratri qui ex perſona patris eſt obligatus ad reſtitutionẽ dotis pro hæreditaria portione per cautionẽ: quia frater ipſam percipiẽs debebit ei cauere de cõſeruãdo ipſum indẽnem ab vxore: vt l. ſi filia. §. hoc amplius. ff. eo. & nõ ſolũ dotẽ vxoris: ſed & dotẽ nurus ſuæ: ſi habet filium vxoratũ: & pater idemꝗ auus dotẽ illius nurus recœpit, nam & onera filij ſui & nurus eum ſequuntur vt. ff. eod. l. ſi filia. & vide hic quod no. per Bar. in l. ſi cõſtante. ſolu. mat. in ij. q. prin. q. vi.

2 † Vltimò ᵇ allegatur iſta l. ſi ſtatutum vult ꝙ vxore præmortua

b vir lucretur dotem, & contingat ꝙ viuente patre vxor vnius de filijs mortua eſt ſine liberis: & ſic dos debet cedere lucro mariti, an cedet lucro patris mariti: quia tunc erat poſtea dos cõmunis inter oẽs filios, an dũtaxat lucro illius filij, quia tunc erat ſuum præcipuũ: & non tenebiẽ cõicare fratribus? & reperiẽ Cyn. conſuluiſſe pro prima parte: ſed quando vxor deceſſit poſt mortem patris, cedat lucro ſolius mariti per hanc l. vt ipſe not. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. ma. Doct. dicunt ꝙ primũ dictũ ꝓcedebat iure iſto, quo oĩa bona quæſita per filiũ quærebantur patri: & ſic ſiue cederet lucro ipſius patris de directo: ſiue lucro ipſius filij: & ſic etiã ipſius patris per indirectũ debebat eſſe commune: ſicut & alia bona acquiſita per vnũ ex filijs: ſed hodie ꝓprietas aduentitiorũ acquiraẽ ipſi filio, & vſufr. patri, & iſta lucra nuptialia ſint aduentitia vt l. j. & ij. de bon. quæ lib. dicẽdum eſt ꝙ tale lucrum erit præcipuum illius filij: cuius vxor mortua eſt: licet pater quouſꝗ vixit habuit vſumfruct. per id ꝙ not. per Bar. in l. dotem. ff. de caſtren. pecu. ſed in tractatu de duobus fratribus dicit eſſe diſtinguendum qualiter ſtatutum loquatur, an in perſonam mariti: & tunc indiſtinctè eſt ipſius mariti: puta ſi dicat ꝙ maritus lucreẽ: an in perſonã recipientis dotẽ: & tũc habet locũ diſtinctio. Dy. alibi videtur dicere ꝙ ſi viuente patre filius erat ſeparatus à patre: & ſuſtinebat onera matrimonij, lucrum debet eſſe ſuum: ſed ſi viuebat cum patre, & pater ſuſtinebat onera matrimonij, lucrum debet eſſe patris: quia venit propter onera matrimonij: & ſic non eſt merum lucrum: vt not. in l. ſi donaturus. in fi. ff. de condi. ob cauſam. Tu potes ex prædictis colligere diſtinctionem per teipſum: quia quælibet opi. videtur habere fundamentum iuris recollige in iſto paſſu: ꝙ aut vxor vnius ex filijs moritur poſt mortem patris qui dotem receperat, & tunc lucrum dotis ex forma pacti vel ſtatuti eſt illius ſolius filij cuius erat vxor: nec tenebitur fratribus communicare: vt hic in fi. quod intelligo verũ ſiue iam diuiſerant bona paterna: & dotis partem ille filius habuerat: quo caſu loquitur hic: quia iſte ſolus ſuſtinebat onera matrimonij tẽpore delati lucri: ſiue non diuiſerant, ſed ſtabant in cõmuni: & ſic onus matrimonij erat cõmune: nam ſufficit ꝙ fructus dotis ſint cõmunes, quouſꝗ ille filius dotem conſequatur: aut deceſſit viuente patre, & tunc aut loquitur ſecundũ tempora huius l. & lucrũ applicabiẽ patri: & ſic poſtea erat commune inter omnes filios ſecundũ Dy. & alios. Aut ſequimur ſecundũ tempora hodierna, ſecundùm quæ filius eſt capax pro-

c prietatis: & tunc inſpicienda ſunt verba ſtatuti: nam ſi loquatur de marito, vt ipſe lucretur lucrum, erit ſuum, tamen pater habebit vſumfruct. quouſꝗ viuet: nec tenebitur proprietatem communicare.